



I. N. 7.

PROLEGOMENA.

§. I.

Mnia DEI dona valde sunt bona, & Deus omnium bonorum est causa, sed nullum ita cor inflamat & ad amandum bonitatem Authoris excitat, ac Theologiaz donum, cum enim sit foetus matutinaz gratiaz DEI, prima animaz largitur dona, Primum enim facit ut libenter ac jucundè omnes vitæ hujus amicitias contemnamus, ac pro cupiditatibus fluxis divitias verbi Dei majores, quam dici potest habeamus: deinde mentem nostram igne naturam mutante colustrat, ac consortem ministrantium Spirituum eam facit, ut rectè pro Encomio & elogio Theosophiaz scripsit Diadochius de Perfect. Spirit. cap. 67. th. 5. Biblioth. Patrum. pag. 4⁶⁵.

§. 2. Durior saxo, nec Creaturaz nomine dignus forret qui non arderet amore in illam, & subinde calidis suspiriis ingemiseret ἵνα ὁ Θεὸς τὸ κυρίον ἡμῶν Ἰησὺς Χριστός, ὁ πατήρ τῆς δόξης δώῃ ἡμῖν πνεῦμα σοφίας, καὶ διπλαλύψεως εἰς τὸ ἀποκαλύψεως στοχεῖον. Τοῦτο δέ τοι πάντας τὴς διανοίας ἡμῶν. εἰς τὸ εἰδέναι υμᾶς, οὐς ἐστιν, ηὔληπτος τῆς κλήσεως αὐτῷ, καὶ οὐς ὁ πλάγιος τοῦ δόξης τῆς κληρονομίας αὐτῷ εἰς τοῖς ἀγίοις, καὶ οὐ τὸ υπερβάλλον μέγεθος τῆς δυνάμεως αὐτῷ εἰς ἡμᾶς, τὸ πεύσιον τοῦτον, καὶ τὴν ἐνεργειαν τοῦ κρείτους τῆς ιχύος αὐτῷ. Eph. 1. v. 16. 17. 18. 19.

3. Quando verò benignissimus Pater nobis verbum suum in Scriptura Sacra ex singulari gratia patefecit, ex illo tanquam